



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Indvstria Spiritvalis

Spee, Friedrich von

Coloniæ Agrippinæ, Anno M.DC.XXXIX.

Tertio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43756

SECUNDO.

Percurre obiter flexis genibus in conspectu Dei, per dimidium circiter, aut totum horæ quadrantem, loca, in quibus ab ineunte ætate vixisti, studia & officia quæ tractasti, personas, quibuscum habitasti, egisti, &c. & tanquam rudi ac generali mentis quodam intuitu, qualem vitam duxeris perstringe: id iuuabit, vt deindè cum ad tabellas, de quibus mox dicam peruenieris, faciliùs tibi, quæ deliqueris, occurrant.

TERTIO.

Surge à genuflexione, & ad mensam assidens, tabellas illas quæ post paucula ab hinc folia sequuntur, ob oculos tibi pone inuenies ibi per singulas quasi cellas diligenter annotata, pleraque
omni-

omnium peccatorum genera, quibus homines contra Dei præcepta peccare consueuerunt. Igitur in his tabellis, singulas cellas percurre ordine, & examina, an in singulis te culpabilem inuenias, facile id conscientia & materia dictabit, si non inuenis, nec occurrit aliquantulum cogitanti, transi sine scrupulo, fecisti enim quod in te est, non sis ultra sollicitus; si inuenis autem, tum cultello, quem ad manum habere oportebit lingulam istius cellæ eleua versus manum tuam dexteram, ita vt ea lingua emineat supra agglutinatum ibi album marginem.

QVARTO,

Cum his tabellis accede ad sacerdotem & incipiens à primo præcepto, lege ordine quæ ibi habes & illa peccata, quæ exempta lingula annotasti, confi-